

Universitätsbibliothek Paderborn

Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs

In Qvo Genuina sententia profundißimi Doctoris de Auxilio gratiæ
medicinalis Christi Salvatoris, & de prædestinatione hominum &
Angelorum proponitur, ac dilucidè ostenditur

Jansenius, Cornelius

Lovanii, 1640

11. Error Pelagianus est, requiri ad libertatem, indifferentiam ad bonum & malum: sed potest esse libertas destrcuta ad malum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13704

illi maior quasi latitudo libertatis respectu tam boni quam mali, quæ in illo præmio hominum & Angelorum statu apparuit, non ex natura, multo minus ex perfectione liberæ voluntatis fluxerit, sed potius ex ejus naturali & concreata imperfectione, qua ex perfectio- ne vere libertatis sua voluntate excidere potest, nisi Deus impedit ut fieri non potest ut ista latitudo actuum libera voluntatis, sit natura vel perfectio libertatis, sicut fieri non potest, ut potestas claudicandi sit natura vel perfectio potestatis progressiva, vel potestas erandi intelligentiae, vel mortalitas hominis, vel agrotabilitas carnis. Nullius enim naturæ perfectio in eo sita est, quod possit in agendo vel effendo deficere, sic videlicet, ut si Creatoris beneficio impediatur, perfectio naturæ vel natura ipsa destruatur. Poterat igitur Deus talam humanam & angelicam instituere naturam, ut solus eam delectaret Deus, ejusque voluntati fine ullo non solum impedimento tentationis, sed etiam possibiliter defectionis obtemperaret, sicut nunc pars ejus quædam in ecclesiis immobiliter & indeficienter obtemperat. Non enim ideo liberum arbitrium non habet, quia peccata eos delectare non possunt.

Lib. 22. de Magis quippe esset liberum, à delectatione peccandi Cimis. c. vlt.

utque ad delectationem non peccandi indeclinabilem libertatem. Nam Deum ab initio creatura sua, conferre non potuisse sine praedictio libertatis, quod ei postea sine praedictio libertatis contulit, ut ei amoris perfectione simillima,

B nec ipsa posset sua libertate deficere, hoc est, bonam liberamque voluntatem amittere, per absurdum est. Quapropter neque natura liberi arbitrij, neque perfectio libertatis, immo neque status viatoris fuit violatus, si talem Deus hominem angelumve congidiasset, vt celestis delectationis magnitudo & firmitate librum corum arbitrij non posset creaturem Creatori diligendo praepondere. Hoc enim extra dubium in Christo Domino sine detrimento libertatis ejus, sine interitu status viatoris, & quod est mirabilius, una cum ipsa beatifica visione & amore cœgit & in sanctissima ejus Matre eo facilius, quo inferiore gradu & alio ex capite contingere potuit. Nimirum ut etiam illa sublata concupiscentia, gratiaque magnitudine voluntatem ejus inseparabiliter confirmante, ejam sine beatifica visione peccare non posset. Quod iuxta Augustini principia probare non est difficile, sed non est huius loci. Non ergo natura vel perfectio libertatis, sed connaturalis ordo rerum, que ab imperfectis ad perfectiora progrediendum esse prescribat indifferentem illum libertatis gradum ad bonum & malum postulavit: *Ser. ibid. 156*

uandi gradus erant, inquit Augustinus, *dumi muneri*, ut primum daretur liberum arbitrium, quo non peccare posset homo, sicut & peccare: *Non sumus quo peccare nos posset, atque illud ad comparandum meritum hoc ad recipientum premium pertinet.*

CAPUT XI.

Error Pelagianus est, requiri ad libertatem, indifferentiam ad bonum & malum: sed potest esse libertas, destructa ad malum.

Quamobrem perperam de liberi arbitrij natura philosophantur, qui hominem vel angelum non liberi arbitrij futurum esse suspicantur, si non & qualiter eorum voluntas fleti potuerit aut etiamnum posset in bonum & malum. Error iste à Pelagianis patronis ejus fidelissimis originem ducit. Principium enim apud ipsos primo verum & indubitatum fuit, non esse liberum cui non in utramque contrariorū, bonum videlicet & malum, par potestas est. Quod fusè à nobis in illo opere quo Pelagiani erroris dogmata lustravimus eorumque sententiam explicuimus, demorstratum est. Hic unus aut alter Iuliani locus sit instar omnium: rem enim ibi fecimus exploratissimam. Sic ergo definie ipse libertatem arbitrij: *Libertas arbitrij in admittendi peccati & abscondendi a peccato, possibiliter consistit.* Ex qua regula, necessitatem omnem five boni five mali penitus excludendo, statim colligit; *Si ergo est, ut ratio predicit, arbitrij libertas propulsatrix necessitatum, ut nemo*

Vide lib. 2. de heresi Pelag. c. 1. & sequent.

Lib. 1. operis imperf. 118.

f. 122.

A sit vel bonus vel malus, cui non sit liberum esse coram trarium &c. Et insultans fundatissimæ doctrinæ Augustini, quæ in libris ad Bonifacium dixerat, voluntatem quæ libera est in malis, liberam non esse in bonis: *Non minore plane stultitia profanum, inquit, quam profanitate librum vocas, quod dicas nisi unum velle, non posse, hoc est, vel solum bonum vel solum malum.*

Doctrinam istam hauserat ex Pelagio præceptore suo & illius erroris fonte Iulianus. Nam Pelagius in fiduciâ libello, quem ad Pontificem Innocentium sui purgandi causa destinauerat, his verbis sententiam suam de ista in utramque partem pari potestate comprehendit: *Nos vero dicimus hominem semper & peccare & non peccare posse, ut semper nos liberi consitentur esse arbitrij. Quo nihil aliud significat, quam id quod clarissimus discipulus eius pro palauit, non esse liberi arbitrij hominem, nisi semper & peccare possit & non peccare. Sententia ista sub Hieronymi nomine citari subinde solet, & in opusculo quod inscribitur*

Symboli

Tempore & ope
rum eius
remissio

Liber. 1. ad
Liber. 2.

Liber. 1. ope
ri impers.
fol. 1. 10.

fol. 1. 133.

fol. 1. 144.

Symbols explanatio ad Damasum continetur. Sed [A] reuera est Pelagi. Nam multas lacinias ex eo citat Augustinus libro de gratia Christi, quæ verbotenus in eo comprehensas videre licet, qua de re plura diximus alio in loco.

Sententiam istam velut fortissimam & erroris Pelagianni nudum sapientem & acerrime refutauit Augustinus, & auseanter docet ad libertatem arbitrij, non esse necessariam illam ad utrumque contrariorum, bonum vide- licet atque malum indifferentiam; sed totam eius naturam in alterutro oppositorum dum- taxat, sive in bono, sive in malo, sublata alterius oppositi potestate, posse salvare. Nam in libris ad Bonifacium, sic illis loquens qui ab omni liberatione gratia submoti, sub peccato captivi sine fide detinentur: Hoc, ait, voluntas qua libera est in malis, quia delectatur mali, ideo libera in bonis non est, quia libera non est. Quibus verbis perspicue libertatem respectu solus mali afferentibus, cum Julianus illum indifferentem boni & mali negatam cerneret, ideoque stultitiae professionem & profanitatem ascripsisset Augustino, qui liberum dice- ret, quod nisi unum velle non posset, respon- det ei sanctissimus Doctor, quasi rem Julianus perabsurdam protulisset, Liberum non est nisi quod duo potest velle, id est bonum & malum? Liber Deus non est, qui malum non potest velle de quo etiam ipse dixisti? Deus esse nisi iustus non potest. Sicne Deum laudas, vt ei auferas libertatem? An potius intelligere debes esse quandam beatitudini necessitatem, qua Deus iustus non potest esse? In qua sententia exemplum quod de Deo profert Augustinus, apud omnes etiam recentiores Theologos indubitate est; sed ex scopo ab Augustino productetur, vt probet simili modo, liberam esse posse voluntatem in malis, ut ante dixerat, quæ non est libera in bonis, fallumque esse quod illi sententiae Julianus opposuerat, liberum non esse, nisi quod duo potest velle, bonum & malum. Et cum Julianus iterum istam indifferentem libertatem ad utrumque contrariorum postulasset negassetque eam cum potestate ad unum tantum posse consi- stere, eandem solutionem ei reponit Augustinus: Ergo nec in Deo est arbitrio libertas, quia malum facere non potest, sicut ne esse seipsum non potest: qui & nobis summo illo premio largitur us est; vt non quidem ipsi Deo, sed tamen angelis eius aequales, nec nos peccare possumus. Sed Julianus, cum invictam ratiocinationem suam arbitraretur, ei tertio idem impingit confidentius, & apertam ei contradictionis absurditatem imputat, ut qui iustificaret dogmata sua promittens se liberum arbitrii non negare, quod ante mali (solius) posse boni (solius) necessitate subverteret. Sed responderet ei tertio Augustinus, necessitatem unius contrariorum non repugnare libertati; Di- catur es ut video Deum necessitate premit, ut peccare non possit, qui utique nec potest velle, nec vult posse peccare. Quia beatissima necessitate & nos donandois esse profitetur.

Cum vero haec tenus exemplo divina libertatis, argumento quasi à simili convicisset,

libertatem arbitrij etiam in sola ad malum po- testate & libertate incolorem esse posse, & Julianus eandem argumenti istius molem contra libertatem solius mali volveret & re- volveret, tandem perpicuis verbis errorum fol. 155: eius notat & comprimit: Multum erras qui vel necessitatem in ullam putas esse peccandi vel eam non intelligis illius peccati esse penam quod nulla necessita- te commissum est. Quod inductione variorum exemplorum probat. Et aliquanto inferius, cum retorsisset in eum Julianus, quod volen- tas peccatoris potuerit tam bonum velle quam ma- lum volerit, ratione signatum necessitatem, quam sanctus Doctor asseruerat, evanuisse: exem- plis cum errare docet Augustinus, magna- que veritatis fiducia doctrinæ Catholice securitate concludit: Non est igitur impunitus Lib. 1. ope- furtus in necessitate peccandi; sed ut non obstat ista 1. impers. B excessus, donat illi cui dicuntur, de necessitati fol. 159. lus misere me. Ex quo fani acerrimo con- flictu. Catholicissimi pugilis cum Juliano Pelagianni erroris architecto, manifestissimum euauit, necessitatem sive solius boni, qualis in Deo, angelis & hominibus beatis lucet, sive solius mali, qualis in hominibus, quos dam- natio omnis gratia exortes fecit, reliqua est, nihil omnino repugnare libertati, sed re ipsa tam perpicue esse conviciam, ut errorem eius opinionem vocet. Nec ibi propriè de li- bertate ad bonum, quamvis illius nonnulla exempla protulerit, sed præcipue de libertate & potestate solius mali, certamen vertitur; altero velut stultam profanamque sententiam impugnante qua dictum erat, voluntatem esse liberam in malis, quæ non est libera in bonis; altero velut sanissimam Catholicamque doctrinam omni Scripturarum & ratio- num apparatu defendente.

Sed nullibi res ista illustrius patet, quam in dæmonibus, qui amissâ irreparabiliter be- ne volendi & bene faciendi potestate solius mali potestate & libertatem habent. Sunt enim perfectissimè liberi à justitia servique peccati; nec ab illa peccati servitude in æternum à Deo liberandi sunt, nec à seipso liberari possunt. Amiserunt itaque penitus libertatem ad ho- num, retentâ tamen perfectissimè libertatem ad bonum, retentâ tamen perfectissimè libertatem ad malum, juxta regulam generalem adver- sus Pelagianos. de arbitrio libertate ad ma- lum latam: Nec liberum in bono erit (arbitrium) quod liberator non liberaverit: sed in malo liberum habet arbitrium, cui delectationem malitia vel occul- tus vel manifestus deceptor inservit, vel sibi ipse persuasit. Et rursum: Liberum arbitrium si que adeo in peccatore non pergit, ut per illud peccent maxime enimes qui cum delectatione peccant & anno- re peccati hoc eis placet, quod eni liber. Ac tertio de peccatoribus qui mentis vtuntur arbitrio: In peccato sua voluntate retinentur, & à peccato in peccatum sua voluntate praepitantur. Non enim agit in eis etiam qui fraudet & decipit, nisi vt peccatum voluntate committing relignoran- tiæ veritatis, vel delectatione iniquitatis, vel utro- que malo, & cæcitatæ & infirmitatiæ. Denique genera-

Lib. 1. ad
Etim. c. 3.

lissimè: Hac voluntas qua libera est in malo, quia delectatur malo, ideo libera in bonis non est, quia libera non est. Quia quamvis omnia de hominibus sub peccati dominantis potestate capti- vis dicta sint, eadem tamen prorsus, in modo longè maiori ratione in spiritibus reprobis perfectissimè locum habent. Nam voluntas eorum maxime delectatur malis, maxima cum delectatione peccat, maximè hoc ei amore peccati placet, quod ei lubet, omniumque minimè per liberatorem à peccato liberati sunt, à quo seipso cōminus sua possunt potestate liberare, quod stabiliōri damnationis & obdurations obstricūt sunt.

Ex eius doctrina regulis, quas de libertate arbitrij ad peccandum generaliter Augustinus tradidit, etiam speciatim sententiam de dæmonum libertate pronuntiat. Nam utrumque caput bicornis illius libertatis, sive retenta, sive perdita, in ejus literis ex quæ perspicuum est, dum & peccandi libertatem spiritibus damnatis tribuit, & benefaciendi negat. Nam de libertate bene volendi & benefaciendi Satane, sic loquitur in epistola ad Vitaliem: Regens eos infideles ad arbitrium suum, quod nec ipse habet liberum ad benefaciendum, sed ad maximam malevolentiam panis & sceleris obduratum: Vnde nemo sane credit aut dicit h[ab]es Apostolus angelos ad pristinam pietatem cereris & ali quando pietate converti? De libertate vero peccandi nemo sane mentis inficiari posset, eam in demonibus vigore potentissimam. Quis enim nisi oculos apertissimam veritati clauserit, non videat blasphemias illas in Deum horribiles gravissima scelerata mentis esse facinora? Nec enim quicquam ratio peccati continet, quod non maximè in eorum facta quadrat, quæ contra legem aeternam scientes, videntes, lubentesque dicunt, faciunt, concupiscunt. Hinc Augustinus tripartitam illam libertatem creature rationalis, quam supra declaravimus, ad bonum tantum, ad malum tantum, & ad utrumque breviter exprimens:

Tib. 3. de lib. vero arbit. cap. 17. Si nulla causa esset non ita dispergiretur creatura rationalis, ut alia nunquam peccet, in angelis bonis, alio in peccando perseveret, in angelis malis, alio quasi media inter utramque, aliquando peccet, aliquando ad recte faciendum convertatur, in hominibus viatoribus. Et statim iterum: Quæ causa in eas tres partes eam distribuit? Sed nolo misericordia respondatur, voluntas, id est liberum arbitrium, de quo erat disputatio. Ego enim causam quare ipsius voluntatis. Non enim sine causa nunquam vult illa peccare, nunquam ista non vult, cum eiusdem generis omnes sint. Vbi evidenter dicit, reprobos illos spiritus nunquam non velle peccare, hoc est, semper velle peccare. Eandom trimembrem libertatis partitionem eu-
arb. 5. jam in superioribus retigit, dum de angelica beata creatura dixit, quod in perpetuum frui sur creatore suo, quæm perpeccia tenenda iustitia voluntate promeretur: de damnata, quod eam perpeccia peccandi voluptas tenet; quod eam preservat Deus non solum peccatum, sed etiam in peccandi voluntate mansuram. Et tamen etiam talem crea-

turam qua libera voluntate peccat, excellentiorum est, quia quæ probitera non peccat, quia non habet liberam voluntatem, sicut aberrans equus, lapide non errante nichil est. Inter utramque vero modum ponit hominem, creaturam videlicet ita peccatricem, vt possit altitudinem suam penitentie humilitate recipere.

Ex ista igitur libera voluntatis intelligentia, quæ arbitrii Augustinus esse sentit ac docet liberum, quantumvis siue in bono siue etiam in malo, ita firmatum sit, vt non sit amplius ad benefaciendum liberum, sed ad maximam malevolentiam poenam sceleris obduratum, passim grauissimorum certissimumque peccatorum atroctores dæmenes facit. Invidia quidem frequentissime: Primum peccatum est *Liberum* quamvis bonam creaturam creatori in dilectione pra-

*B. ponere: secundum autem, alterum quoque ut id faciat vel fraudem vel cogendo tentare. Vbi utrumque peccatum dæmonum digito ostendit, & quo cecidit, & quo damnatus hominem in peccatum latet fecit. De postremo genere, quod jam maximè in demonibus locum habet, statum attexit: voluntate peccante, qui alios ad peccatum perducere cupunt, vel fulta benculentiæ vel maliotia inuidia. Et cum inuidientiam ex immoderato honoris amore pullulare doctissimum ne in eo supereretur, cupit aliquos ad iniquitatis voraginem ex aquitatis arce deponi: Hoc modo, inquit, diabolus suadere aut cogere ad peccata conatur. Et mox ubrius declarans utroque modo & suadendo, quod diabolus facit, & ei consentiendo peccari: Ego, inquit ambas (creatures) bonas esse affero, sed unam illudam eorum malefacere suadendo, aliam malefacere consentiendo. Sed quemodo an forte malefaciet absque peccato? nequaquam, sed sic ut illa si non suadeat emendarior futura sit. Esi enim his illa peccat, que & committit & suadet, illa asternemel si in unummodo ad malefaciendum consentiat, tamen peccatis sunt male, non naturæ sunt male. Quod ibidem latius prosequitur. Hoc inuidientia peccati sapientissime Augustinus in demonibus ponit: Sanctus invides diabolus honorem caelestem, ibidem unde ipse deictus est. Mutatus enim ipse alios mutare mutatus: nimis iuxta illud Scripturæ: Inv. *sep. 24* d[omi]ni diaboli mers invenit in Orbe terrarum: Ex quo fit ut quemadmodum sanctissimus Antistes dicit, errore delectentur & quodammodo pa-
Ep[ist] 49. 9. ccantur humano. Neminem autem cō usque incep-
tit progressurum puto, ut inuidiam fallendicem voluntatem, peccatum non esse arbitretur. Quapropter non vertitur eis non tantum peccandi voluntatem, & vera peccata, sed etiam inuidientia ceterorumque peccatorum quæ in mundo damnati perpetravit, supplicium attribueret; ut non modo peccatorum, sed & penarum lucentarum rei sint. Illi principes contra quos labore nos collationem dicit Apostolus, penam peccatorum suorum prius patiuntur quam nocant, nullus enim inuidus se alterum ladan, non sibi ternario est. Et in libro de naturâ boni: Cum per potestatem quam diabolo dedit, omnia in se ipso Deus fecerit, non tan[tem] pro his iustis factis, sed pro iniquâ noendi voluntate que ipsius diabolus, ei reddetur*

reddetur in fine supplicium. Sed quid multis? Iste Dominus Iesus apertissime charabolum post primum peccatum & homicidam facit, Item. 8. Et homicida erit ab initio, & mendacem. Mendax est & pater eum; nec homicidium verò nec mendacium esse peccata, vel peccata non esse illius voluntatis; nec ipsi quidem homicida aut mendaces inter furores dixerint. Vnde Scripturis & Augustino succincte veteres, non solum diabolo vera peccata tribuant, sed etiam apertissimis verbis liberum arbitrii in respectu solius mali; cujusmodi est beatorum Angelorum respectu solius boni. Qui de re Bened. le Luctus Bernardus: Sicut calefacit Angelus, aut P. q. lib. etiam Deus ipse permanet liberè bona, propria videat voluntate, non aliquā extimē a necessitate; B. 2. 1. 7. sed profecto diabolus a quo liberè in malum & corrigit & persistit, suo utique volitatio nutu, non alieno impulso. An forte est etiam dominus liber in bono, & non captivus in malo? Manet ergo libertas voluntatis, ubi tamen sit captivitas mentis, tam plena quadam in natiu quā & in bonis, sed in bonis ordinatur. Et iterum evidenter: Nec dominus liber arbitrio, nec diabolus, quoniam quod ille esse non potest malum, non infirmata facit necessitas, sed firmata in bono voluntas, & voluntaria iurit: quod uero non valit in bonum respirare, non alia facit violenta oppressio, sed ipsa ipsius in malo bilinea voluntas, ac voluntaria obficiatio. Et post Bernardum Magister Sententiarum: Mals (Angelis) per malitiam adeo sunt obstinati, quod bonam voluntatem habere, sive velle non valent, nisi bonum sit quod aliquando & item. Volunt enim aliquando fieri quod Iesus vult fieri, & utique illud bonum est & inservi fieri, nec tamen bona voluntate illud volunt. Et itatur adiicit utrosque & bonos & malos angelos habere liberum arbitrium, etiā illi in bono confirmatis, qui in malis obdurati; quia non aliqua cogente necessitate, sed propter a spontanea voluntate, illi bonum eligunt & malum repudiant, h. b. num vitant & malum sequuntur. Atque qui habent liberum arbitrium, sed depresso atque corruptum, quo surgeat ad bonum non valent. Quam doct. man. Augustini, Bernardi & Magistri Scholastici & Commentatores veteres communiter sentiunt. Nam Bonaventura dicit non obstante operatione demones libere velle quod volunt. Itemque quod continet peccatum etiam in timore quod pœnas timet, & in amore quo ut conservatore diligit Deum. Divus Thomas: Demones quamvis diversa eligant per liberum arbitrium, in omnibus tamen peccant, quia in omni eorum electione permanet via prima electionis ipsorum. Quibus ad illa usque tempora nemo videtur contradixisse.

Nec sane illa ratio recentioribus esse potest, cur etiam ex proprijs eorum principijs doctrinam istam ponderando, de facilitate suscepimus esse potest. Ipsi enim ad libertatem beatorum atque ipsius dei satis esse credunt.

Ac docent, ut quamvis peccare non possint, eligant tamen lucrum, hoc est, indifferenter hoc vel istud bonum. Sed hoc libertatis patrocinium plenissime, plenissimeque in damnatis spiritibus locum habet. Nam & ipsi quamvis voluntatem immobilem in malo, perversaque sui dilectione possident, indifferenter tamē eligere possunt hoc vel istud malum, ad hoc vel istud peccatum homines impellere, hoc vel isto blasphemia coinvito divinitatem incitare. Quod si ad libertatem sufficit, certissimum est & plenissimum, libertatem arbitrii in damnonibus cum illa perpetua & generali, seu in confuso, peccandi necessitate cohædere; & proinde verillimam esse dicitur Ecrit. sancti Augustini, qua constatissime semper docet, voluntatem quod libera in malo est quia delectatur malus non esse liberam in bono, quia liberata non est; juxta doctrinam Apostolicam quam Augustinus illis verbis explicuit: Cum servi essent peccati, liberi sunt in iniustitia: nunc autem liberati a peccato servi autem facti Deo &c. Nam ex illis verbis & alijs Christi Domini Iohannis octavo, que sapientia nobis allegata sunt, fluxit illa divisio libertatis apud Augustinum celebris, in libertatem a peccato, quae est libertas ad bonum, & lib. traem a iniustitia, quae est libertas ad malum. Et illud Catholicon epulsum Doctoris pronuntiatum: Semper Lib. de gen. liber est autem in rebus voluntaria libera, sed non semper in lib. arbit. est bona. Aut enim a suis ita libera est, quando ser. cap. 15. vit peccato, & tunc est malum, sive a peccato libera est, quando servit iniustitia, & tunc est bona. Et illud in Enchiridio: Ad peccandum liber est, qui peccati servus est. Vnde ad iniuste faciendum liber non era, nisi Enchirid. cap. 30. a peccato liberatus esse experit iniustitia servus. Unde obduratissimi peccatoribus liberam plenissime voluntem eum tribuens dicit: Facile est ut in filialitatem accusamus Iudeorum de libera voluntate lib. de dono venientem, qui facti apud se tam magnū virtutibus pers. . 9. credere noluerunt.

Hac de libertate tantum ad malum paulo fuisus ex Augustini mente pertractanda fuerunt, propter miras querundam recentiorum opiniones & veteribus inauditas, quibus res plenissimas tricis implicant, ut in hominibus qui peccato subiecti gari servijnt, multoque magis in damnonibus, vel arbitrij libertatem, vel peccandi potestarem negent, vel ita fateantur, ut vel gratiam sufficientem in iis velut necessariam postulent, vel boni moralis agentis potestarem. Factus illi sunt non Ecclesiastice traditionis, sed humanæ vel portius vanæ speculationis. Quæ si ad normam doctrinæ veteris, & præcipue principis omnium Theologorum, & in hac materia ducis ac præceptoris gentium Augustini, expenderimus, inventur esse paradoxa, quibus nec a Stoicis pars excogitata sunt. De duobus postremis jam fuit alibi dicendi locus.